ris saluabuntur et ab angelis p
erutentibus et peccatores morti
et damnationis tradentibus non
ledentur sed ab ipsis angelis diu
no munere defendentur. **Vnde A**
pocalipsis septimo Nolite nocere
terre mari nec arboribus quo usque
signemus seruos dei in fronti
bus eorum.

Capitulum sextum.

// 3

cc n

Preceptum est ezechiali
quod vasa sua more tristis
migrantium et se mutare volentium prepa-
raret. sibi quod dictum est, fili homini
mis fide pietem in humeris portabatis in caligine offerens; faciem tuam velabis ut non videas terram. Et dictum est sibi: quod hoc
signabat: quod princeps iuda scilicet se dechias esset captiuandus et execu-
candus, et in babylonem captiuo-
ducendus et tamen eam non visiturus
et ibi morturus. Ezech. xii.

Mora **I**llud potest
dic de homine mortuorum. Iste enim
de hoc seculo ad aliud transmigrans
pies, i. sepulchrum foditur, et in
humeris portatur, in caligine mor-
tis effertur et sibi facies fudatio
operitur. Vel dic de homine peccato-
re, qui per spem futurę penitentie
in infernum defertur: facies mentis
sue fudatio, i. amoena mundane glo-
rie muoluitur, in caligine ignoran-
tie et peccati portatur, et per ob-
stinationem penitus execetur.
ita quod terram id est mundum et terrena bona per que rehitur in babi-
lonem, i. in infernum ad quem cap-
tius dicitur, videre per considera-
tionem non dicitur, quia peccator
duo est in mundi prospens nunc
de talibus meditatur. Vnde et am-
ma peccatrice illud **T**renorum, i.
dicitur. Sordes eius in pedibus
eius nec recordata est similitudine

Oscrabit ezechiel ciuitatem iherusalem: vel si nascitur gama deo prius dilectam, sed tandem idolatra de puata libra figura puelle dicens. quod erat quedam puella cuius radix et generatio fuerat de terra cananea: pater suus amore? mater sua cethaea. Ista a principio quoniam nata est: non fuit a suo sanguine mundata, nec aqua lotaria, nec sale salita, nec preciosus umbilicus eius, nec panis muoluta. Quidam tamen pius dominus videt eam super faciem terre pietate saguisse infecta, nudata et obsidice complete, misericordia eius. Et que iam ad mundum mulierem venerat et ubera eius ita muerat: pilusque eius germinauebat, ita quod iam amari poterat, ex padit pallium super istam et operuit eius nuditate a iurato pacto ipsaz accepit uxorem. Ista ergo aqua lauit: saguisse mundauit, oleo unxit, discoloribus vestiuit, iacinto calcauit, bisso cinctit, subtilibus induit, ornameto ornauit, armillas in manibus dedit, torquez collo circundedit, maurem super os eius posuit, circulos eius auribus inseruit, et coronam decoris in capite eius posuit, similam mel et oleum ad comedendum sibi dedit, et sic pulcherrima facta fuit, ita quod nomen et fama ipsius ad gentes extraneas pertransiuit, ipsaz vir fuis auro et argento datus, et bonis omnibus ampliavit. Si ista fiduciam habens in deo, suorum migrata virto suo beneficio, qui tanta sibi bona dederat, et non recordata diecum adolescentie fuit,

Capitulum septimum. **I** 2

Icū pluribus formicata fuit quos
etiam de bonis que sibi marit⁹ de-
derat vitavit et quaequid pro or-
natū suo accepit ad complacēdū
leñomib⁹ conuertit. Que tandem
publica meretrix facta nec tam ta-
liter faciata sē indifferenter expo-
suit omnib⁹. que omnia videns
vir suus ipsam vestibus et bonis
concessis expoliauit ipsāmque nu-
dam et confusam dimittens san-
quam adulteraz eā dampnauit.
hec ergo in manib⁹ mīmorum
fudorum traditur a quib⁹ lapida-
tur trucidatur et cōburitur eiusq⁹
lupanar qđ sibi edificauat destru-
itur et sic vir suus de ea vindicta-
tur. **Ezech. xvi.** //

Mōra ¶

Ista puella potest designare hūa-
nam naturam cuius prius ortus
et generatio fuit de terra canane
a inquantum in campo damasceno
qui est in syria que dudu⁹ fuit ter-
ra cananea fuit adam secundu⁹ sa-
ctos creatus et natura hūana ubi
constituta pater suus adam fuit
amoreus. amarus. mater eius
eua fuit cetha. cōfracta quia con-
fecti sunt a temptatione. amau-
cati sunt tribulatione. Ista ergo a
principio nata est cum umbilico
peccati originalis. cū sanguine car-
nalis libidinis et delectationis si-
ne sale debite discretiois. et sine
pānis honeste cōuersationis. sed
pius dominus. dei fil⁹ vidēs istā
puellā sc̄z naturā humanaꝝ super
faciem terre iacentez et a cōstrei
padiso projectam. et in terreis
per avaritiam implicatam. sanguine
carnalitatis infectam. nudam
virtutib⁹. et vītēum confusio-

plenam. ad amandum tñ habilez
vbetib⁹ naturalis compassionis
tumidam. et pilis cuiusdā natuā
lis affectionis bone fecūdam ipsā
dilexit et eā per incarnationē et
gratiā matrī oīaliter sibi iuxit.
aqua baptisimi eā lauit. sanguine
originalis peccati purgauit et s̄b
palleo fidei sue ipaz opuit et iuol-
uit. **Ruth. iij.** Extende palliū tuū
quia propinquus es. Ista etiā
vnxit oleo pietatis restiuit disco-
loribus honestatis. calciauit iacu-
eto. amore caritatis. cinxit bisso
castitatis. induit s̄tilibus innocē-
tie et interiores pietatis. et orna-
uit eā ornamento totius moralis sa-
ctitatis. ps. Astigit regina a dex-
tuis in ve ac. Iste ergo anime v̄l
nature sic deo p grāz copulate. et
a statu peccati misericordiē rēleua-
te in manib⁹ armilla bone operati-
onis traditur. collum elatōnis sue
torque. vīculo dinor⁹ mādatoru⁹
cāgitur. os locutionis sue in aure
tempantie ordiatur. auris sua cir-
culo prōpte obediētie inseritur. et
caput suu⁹. cor corona. vītēum
victoria ī signitur. ps. Corona au-
reā super caput eius ac. Ista ēgo
tandem nutritur simila sancte
doctrinē et eruditōnis. melle gra-
tie et deuotionis. oleo caritatis et
dilectionis. ditatur auto sapien-
tie et argento eloquentis predica-
tionis et sic efficitur de cora et pul-
chritudinē totius moālis perfecti-
onis famosa et vulgata per diffu-
sionem sue bone opinione. **Can-**
titorum sexto. Dulchra es et deco-
ra filia iherusalem et cetera. Sed
p certō sepe accidit p ista puella
ee ij

.i. anima de sua pulchritudine et
de morali et naturali perfectione
superbit et sic lenomibus id est de
monibus mundo et carni per diu-
sa peccata se tradit. et cui eis for-
micans suum virum christum deserit
et beneficiorum eius obliterat cunctis
idifferenter virtus se exponit. qui
ymo donaria gratiarum naturali-
um que a viro suo christo accepit
in usum leccatorum suorum. i. mudi
carnis dyaboli exponit et sic se ipsam
vilem a abominabilem deo
facit. Quod videns dominus ipaz
bonis temporalibus et naturalibus
spoliat et tortoribus infernalibus
readens ignem et gladium mortis p-
petue velut adulteram eam daps-
nat. Quia pro certo illud est verum
quod natura humana seu peccatrix
anima a deo per incarnationem as-
sumpta. vel per penitentiam resup-
ta et ad modum pulchritudinem
et perfectionem reducta. quando
gratus sibi factis male vitetur. ad
eternum supplicium iudicatur. et
in inferno concremandam dampna-
tur. Ezechielis vicesimo tercio.
Viti igit iusti sunt huius iudicabunt
eas iudicio adulterarum.

L **Q** *Vel dic q̄ ista puel
la est ecclasia. que in principio fu-
it nuda per paupertatem: et per
diuitiacum tenuitatem. et per ce-
dētām paucitatem. fuit sāgui-
ne plena per martiū penalitatē.
ad terram proiecta per contemptū
et aduersitatem. fecit error nō
bene loca p̄ hēsū abstersionē. nec
sale perfecte sapientie salita p̄ fi-
dei factitatē et puritatē Verupta
men dominus misertis ē eius ip-*

samq ab erroribus lauit et purgauit. et reddit a pace sanguine maritum ab ea abstesit. et eam prius deiectam iaz mirabiliter dilatauit. et predictis virtutibz ad ornat. auroq et argento dita uit. gratias honore et regimine a phauit **S**; qd: ista videt se decorat et prosperitate floridam iam cessat virtus suu xpc et ei⁹ fuitum estepit qui ymo iam videt se p̄pus adolescentie sue. et paupertate quaz in principio habuit obliuionem tradere. et iam non cessat cu tenoribz. cu mudo carne et dyabolo per vitia formicari et ditis a deo receptis ipos oblectare: longaq ecclesiastica in usus deputare demonum. Quapropter videamus q̄ xpc ista tanq ad ultoram iaz respuit. vestimentis q̄ bonorum terrenorum eā eruit. et in manibz tñanorum eā tradidit. qui scz ipsa tribulatōnibz lacerant et diversis affectōnibus eā cremat. Nā q̄ ecclēsia bovis sibi a deo cōcessis male utitur. iusto dei iudicō sit ut a principibz affligatur. vt sic ista q̄ p̄mitiū sui status obliteretur. ideo de tantis bonis ingratā existit. cogat tribulatōnibus ad deū reuertere quē deceliqt **¶ CQ**
Vl dic si vis applica cōtra quasdam mulieres q̄ quis de vili plebe quodq a dītibz assumat et om̄mētis diuinis de lichenq impleat iste tū aliquoties formicatur et iste cōbūri p̄ alis merentur. **V**l dic cōtra igratos. q̄ de nichilo eleuatē benefactōē suu deseruit. et alios se committunt. Tē post pristinē paupertatis sue obliuiscit. et bō sibi cōcessa ab homine rel a deo in vs⁹ supbie

a in diffendiculū sui creatoris aut
benefactoris expendunt. sicut ad
heteram patet de multis qui i vi
li statu ad diuitias puererū.

Capitulū octauū. // a

Quedā aquila grandis
magnarū alarum. lon
go membrorū ductu.
plena plumis et varie
tate venit ad libanum. tulit me
dullam cedram et summittatem fron
dium eius euulsi t. et transporta
uit eam in terraz chanaan i urbem
negociatorum posuit illaz. sicut po
nit. *Ezech. caplo. xvi.* //

Mora // *T*quālā ista est fi
lius dei. qui ppter immēritate esse
tū fuit magnus. et plumis virtu
tum omnīum fuit plenus. iste em
venit ad libanuz hui⁹ mudi. vbi
in cedro. i. in altissima virgine tulit
noſtre hūanitatis medullam. cu
ius ſonduſ. i. deſectus auulſit et
abſtulit. eandem ipsaz in urbem
negociatorū. i. in padifum que eſt
vrbis ſanctorum in ascētione por
tauit.

Dicitur aquila dicta medullā
cedri in urbem negotiatorū
tranſtulisset. plantauit vīneaz ſu
per aquas muleas i terra bona vt
faciat fructū. et ſit in vīnea grā
dez. ita tamen q rami vīnee aquī
lam que ipsaz plātauit respicere
tenebant. facta eſt ergo vīnea et
fructificauit et eimisit pagīnes.
ſed quedam alia aquila etiā mag
narum alarum eāt. ad quā iſta vi

nea incepit respicere et auxiliū
ab ea petere. ppter qd aquila pri
ma q ē plātauerat ipaz euulſit. et
ventus vrens iſup ipsā arefecit.
oēzq pſperitatē amſit. //

Mora *Sic vē hodie allegorice loquēdo fa
ctū videm⁹.* Cōſtat em⁹ q vera aq
la ſtz dei fili⁹. postq medullam ce
dri. i. hūanitatē nrāz accepat. et i
urbem negotiatorū. i. padifū vbi
sancti negotiatores et mercatores
qui ſcz eterna pro terrenis merita
ſciuerunt commorant̄. eam etiā
ascēdēdo de tulit. vīnea ecclēſie fu
e plantare voluit. et eā in terra
bona. i. in fide xpiana ſup aq̄ mul
tas. i. ſup fluiū grātū et ſcītīarū
ſidauit. Iſta ergo ereuit i vīnea
latam et iam quasi per totum ſecū
lum ſe diſſudit. propagīnes i dē
fideles emisit. et iam fructus dītī
arum multarum acquiſiuit. *Gēn*
ſecundo. Plantauit dominus de⁹
padifum voluptatis a principio
Iſtud tamen verum eſt q rami
huius vīnee. i. filij ecclēſie dei ſep
iſtam aquilam ſcz deum tenebant̄
reſpicere. et p fidem ſpeꝝ et deuo
tionem i ipſū cauſos mentis ſige
re. et ad eū totis affectibz anhela
re. *Vñ ill& p̄s.* Ad te leuau ocul
os meos. Sed iſta vīnea cum ra
mis ſuis iam videtur crūſtū plāta
torē ſium deſpicere. et ad alia
aquilam huic imīcā ſcīcēt ad
mundū vel ad mundi principes
aquiſiſos. i. raptoreſ oculos men
tis ſlectere. et ab iſpſis auxiliū et
fauorem implorare. Quia ppter
fit q pma aquila crūſtus iſta vi
neam cum ramis. i. ecclēſiam cu m
filij ſuis deſpiciat. ipſam tiranis

ee iii

et hereticis mediantebus vento tribulationis cōburit· quia dum ecclesia et ecclesiastici sperare in domino obmiserunt· et ad auxiliū seculatum p̄cipum cōfigerunt· ipse dominus suum retraxit auxilium· et contra eos venti tribulationum incruentum· ita q̄ p̄spexitatem et gloriam perdididerunt· **H**espiciamus ergo primam aquilam non secundam et sp̄tem in domino non in mundo. **P**ro. **S**pera in domino et fac bonitatem et paucis in diuitijs eius. Ideo de tali vīnea dicitur i. **D**om. **V**īneā de egypto id est de gentilitate et paupertate transiustisti· eiecasti ḡetes et plantasti eam· extendit palmitos suos usq; ad māc. et sequitur· ut quid desceuixisti māciam eis et vindemiant eam omnes pretergredientes viam· exterminauit eam apet de filia. **B** **Q** Vel dic q̄ talis vīnea signat sortilegos quos prima facie aquila deus et in ecclesia et fide plantauit et quandoq; in ecclesia beneficis sublimauit· qui tamen postea cū altera aquila id est cum dyabolo se confederant· et ab ipsa auxiliū et responsa postulant· qui scilicet in fine comburuntur et dampnatur.

C Onsequenter dominus p̄misit se plantare aliquæz ramū cedri super montem excelsum· et q̄ faciet fructum et fiet in cedrū magnam· ita q̄ volutes sub eo habitabunt· et humiliabitur lignum sublimē· et exaltabitur lignum humile· siccabitur lignum viride· et frōdescet lignum aridū

Mora **Q** Illud applica q̄ dñs deus de vno modo ramo. et humili et ignobilis persona facit qnq; magnam cedrū. magnā et honorabilez personam· et in mōte ex celo alicuius dignitatis constituit eū· ita q̄ volutes. nobiles sub ipso cōmorantur· et sic fit q̄ de cotidie facit siccari sublies et virides id est superbos et carnales· exaltari vero et frōdescere facit per prosperitatis gloriam huius et pauperes. **L**uce primo. De posuit potētes de sede et exaltavit humiles

Capitulum nonū **A**

Q uodā leena tulit vnu de leunculis· et leo factus est· et didic capere predam et h̄ies de uoracē· viduas facere et ciuitates in desertum ducent· ita q̄ desolata est terra a voce rugitus eius· et audierunt ḡetes et n̄ absq; vulnerib; suis ceperunt eū· miseritq; eū in carcere ne audiret vox ipsiā apliā sup̄ mōtes. **Eze. ix.** **M**ora **Q** Talis leo sit quosdam in malis officiales et pūsos· q̄ i p̄cipio fuit leunculus. et p̄iū balsiu et ad uocati quos mat̄ ip̄o ecclia l̄ilio cītas l̄ plati ad aliq; officiū assūit· q̄ tādē lapsu epis leones. et magis crudeles tyrāni efficiunt ita q̄ ab eis p̄ rapias hoies deuorāt et ciuitates etiā destrēt et paupes efficiunt· ita q̄ rugitu vlorū suorum paupes ip̄iā pate detrēt. **Pet. v.** Leo rugiēs circuit q̄rens ac. **S;** finaliter querela gentiū que contra

tales solet insurgeere. et post multa tribulationum vulnera quodcumque procuratur quod ipsi in carcere vel in morte vel in depositione trahuntur. ita quod ex tunc vox minarum instantiarum et iniuriarum suarum super montes. et in altis dignitatibus et officiis amplius non auditur. **I**sta cotidie videmus ad sensum in curia dominorum: ubi leones et cœsiliarij seu officiales crudeliter destruuntur.

Qonsequenter ibi dicit. matutina quasi vinea in sanguine tuo super aquas plantata. cuius fructus et frondes ex aquis multis. et facte sunt eis virge solide in sceptra dominantium. et exaltata est statuta sua inter frondes. Sed tandem euulsa est in ira: terraque projecta. et ventus vres siccavit fructum eius. arescetque sunt virge roboris eius: ecce ignis comedit eam. ita quod non fuit amplius in ea vaga fortis nec scepter dominantium.

Mora. **T**alis vinea videtur esse progenies tyramorum iporumque domum imperium et maiestas. que scilicet in sanguine et violencia est fundata cum effusione sanguinis introducta dato enim quod ista possit aliquod diu prosperari; ita quod eo non domus videatur exaltari a maxime reputari. virgeque solide. et hinc fortis quam doceat soleat generari. qui etiam alii habeant eum sceptro et imperio dominari. finaliter famam talis domus a deo euellitur. et ita igne tribulationis arescit et consumitur quod nulla virga fortis id est nulla persona nobilis. nullusque scepter

rum dominatum. nullus quoque habeat dominum inuenitur in eis. **Q**ui breviter illud est vetum quod vinea domus ciuitas et iurisdictio seu quecumque res publica quod a sanguine crudelitatis et rapina suscitatur. non solet diu stare. sed finaliter arescere et pire. **S**icut patet de imperiis gothorum vandalorum psalmy grecorum et romanorum. et si eum potissimum patet de dominibus tyranno rum qui sicut dicitur **P**salmo ix. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustione;

CVel dic quod vinea plattata in sanguine est persona ecclesiastica vel una cognitio vel congregatio quod affectu sanguinis vel consanguinitatis proximo uetur. que quamvis aliquod diu permaneat ita quod exinde virge solide. et persone nobiles producatur: finaliter tamen tales deficiunt arescant siccatur: ita quod nulla vaga fortis id est nullus nobilis in eis repitur. Ideo bene dicitur. **N**icetee. in. **V**e quod edificatis syoni in sanguibus

Capitulum decimum **A**

Dominus minatur cuius etati ihesualem quod ipse educet gladium suum de vagina sua ad oculum. Gladium dicto suu limatum et exacutum est irreuocabilem. Gladius inquit meus ut splendeat limatus est. ut cedat victimas ex acutus est. **P**recipit deus quod duplice est

ee v

gladius ac triplex ut gladius in
terfectorum. hic est inquit gladius
occisionis magne. Sequitur Quo-
ero euaginare ad occidendum. Et
dicit quod pre timore istius gladii ta-
bescet omne cor: dissoluentur vni-
uersae manus. infirmabitur omnis
spus et percutientia genua fluent aq
Ezech. xxi. // **Mors** ¶ Talis
gladius videtur esse mors. Iste
est gladius quem est acutus ad penetrandum
et est limatus et splendens ad ter-
tendum. Et est iste gladius quandoque
duplex inquit occidit corpus et a-
nimam. quandoque triplex inquit per-
mit animam corpus et famam. Iste eti-
am irreuocabilis dicitur. quod postquam
de vagina dispositum est ipius
domini emiserit. irreuocabiliter illius
quem vult percutere vulnerabit. Et
ideo iste ad omnem carnem mittitur
quod omnis caro cum isto gladio tra-
cidatur. et propter hoc iste gladius di-
magine occasio est. quod ista est causa
generalis omnis huius imperfectonis
Deut. xxxi. Inebriabo sagittas
meas sanguine et gladiis meus
deuorabit carnes. Qui erit qui istum
gladium bene videt et considerat
nece est quod cor eius pre timore ta-
bescat. et quod spus omnis superbie
refrenetur quod aque lacrimosae co-
punctionis per genua humilitatis
fluere sentiantur. // **B** ¶

Vel dic q[uod] tales gloriā sunt tirā
ni qui sūt exacuti ad occidendū.
et euaginatī ad rapiendum p[er] crū
delitatem. sūt splendidi ad p[ro]p[ri]a
tio[n]e[m] mordendū per prosperitatē.
sunt irrevocabiles per obstinatiō
nem et mali sui p[ro]positi fieritatez
Quia scilicet isti per seūtam sūt

acutus per manem gloriae sunt splendidi. per fatuam et precipitatem neque reuocabiles possunt dicere. Nullo enim timore dei vel nullo timore proximi. vel nullo consilio alicuius boni viri a sua malitia possunt reuocari. Iste ergo dyabolus de vagina sue iniquitatis euaginatus et cum eis iustos dilacerat et detinuit et dueris tribulationibus eos turbat. qua propter omne contumeliam omnis spiritus istos inerat mutant et formidat. ¶ C
Vel dic quod gladius est lingua detractionis. Ps. Lingua eorum gladius acutus. que limatur ornata loquendo. splendet adulatio in serendo. sed tandem pungit asperitate incedendo et detrahendo. a isti irreuocabilis vix aut nunquam famam quam abstulit restituendo. Et ideo iste gladius dicitur duplicatus triplicatus. inquit de traxi plures simul interficiat obloquendo. quia ipse ledit se et illum quemque defamat. et eum qui auscultat. Videt Hugo libro secundo de anima. volens ostendere quod dicitur lingua a legendendo. a lingendo. a ligando et a labendo. dicit sic. quod lingua dicitur quia lingit adulando. mordet detrahendo. cecidit incedendo. ligat et ligari non potest. habet et tenet nequit. habitur ut anguis. penetret ut sagitta. tollit amicos. multiplicat inimicos. mouet rixas. seminat discordias. a multis interficit uno ictu. blanda est et subdola et lata. a parata ad inscenda mala. et exhaucienda bona. Ergo qui custodit os suum custodit animam suam quia mortis et vita in manu lingue. Peda et his

in quodam sermone dicit q̄ v̄bz
leuiter profertur sed non leuiter
scuocatur

¶ Capitulū vndeūcum. ¶ 2

Olla et oliba fūerūt
due mulieb̄s filie mat̄s
vnius sicut figuratiue
ponit hic propheta de
ciuitate iherusalem et samane. et
fuerunt due vilissime meretrices
ita q̄ p̄ma olla primo insaniuit
libidine in assirios amatores suos
restitos iacto; principes et ascē
sores equorum et iuuenes cupidi
nis. Sed finaliter isti amatores
sui occiderunt eam et discooperue
runt ignominiam eius. Quod cū
vidisset soror eius oliba magis
insaniuit libidine. et quia vides
ymagines caldeorum depictas in
parietibus expressas coloribus.
accinctos balteis v̄nes. et tyaras
in capitibus in similitudinez filiorū
babylonis. insaniuit super eos libi
dine et misit pro eis in patria suā
a ut dormirent cum eadem. Qua
propter factū est q̄ ipsi sui ama
tores ipsam nudā spoliauerunt.
vestimenta eius tulerūt. nafū ei⁹
et aures precerunt. et que reli
qua erant gladio conciderunt.
Ezech. xxii. ¶ **Moralē.** ¶
Illiū potest allegari oīra malas
mulieres q̄ dato q̄ aliqua videat
q̄ soror iphius v̄l vicina ex hoc fū
erat diffamata depauperata et spi
ritualiter imperfecta. ipsa tamen

fīea libidinosa p̄fer hoc nō omit
tit. ymmo comptos et pictos ui
uenes diligit. Quapropter nuda
et pauper remanet. et vitam fa
me gratiē et glorie inde pdit

Vel dic q̄ tales male mulieres sunt a
mīne peccatrices que ab vīna ma
tre. i. ab ista ecclesia videntur con
cepta. et ab uno patre progenite
vel create. **I**ste enim cum assiens
i. cum aduersariis suis. i. mundo
carne vel dyabolo fornicari viden
tur. inquātum in eorum suggestio
mibus pompis et prosperitatibus
delectantur. ita q̄ cū iphis per di
uersā vitia fornicantur. **I**sti enim
amatores sui mundus caro et de
monia. quē ipsaz siuile amare se
simulant istas vestibus virtutuz
spoliant. naso deuotionis et aure
bus. i. auditu verbi de i eas p̄uāt.
et sic dāpnatiois gladio eas fina
liter truncant. **E**t dato q̄ vna per
sona peat in oculis aliarum. alie
tamen sorores sue se propter hoc
non corrugunt. ymmo ad idē sup
pliciūz vna exemplo alterius ma
gis per ambulant et declinant. ¶
Vel dic q̄ tales sunt male religio
se persone. que dato q̄ gloriam
mūdanorū appetētes cū iphis q̄n
doq̄ per apostasiam fornicantur.
ita q̄ in dē etiam ad piculum et
carcerem deducantur. alij tamen
nequaq̄ propter hoc castigantur
ymmo ad eundem casum vnde
cūtere comprobantur

¶ Capitulum duodecimum. ¶ x

Debabilem figuraz vni
us nauis videb̄ hic de
scendere prophetā cōpans
ciuitatōm tyri nauis p
ed q̄ in mari sēdebat et mulea na
uigia possidebat. Isti ergo nauis
seu ciuitati sic loquitur. O tyre
tū dicas pfecti de coris e zō sū. et
in corde maris sita. fimitam tui qui
edificauerūt te impleuerūt de co rē
tilum. abietibus desauit extrūxe
runt te. et dñi de libano tuleerunt
ut facerent tibi malum. questus
de basān dolauerūt i remos tuos
trāstra tua fecerūt tibi de ebore i
dico. pretoriola tua de insulis itali
e. bissus varia de egypto texta ē
tibi in velum. ut poneretur i ma
lum. iacinctus et purpura de ihul
elisa facta sunt opimenta tua.

Ezech. xxvii. ¶ Mora ¶
Per istā ciuitatē que nauī cōpāc
intelligitur ecclēsia militās. que
dictur tyrus. que interpretatur
angustia p eo q̄ ista semper i tri
bulationib⁹ et angustis viuit
et more nauis in fluctibus amari
cationum semper fūstis ¶ Proibitione
xxxi. facta est quasi nauis insi
foris Abies que sunt arbores le
uissime sunt pauperes qui fūerūt
primitiū ecclēsiae fundatores. q̄
de saūr qd̄ interpretatur de⁹ lumi
nis esse dicūtur. p eo q̄ ipsi fūda
tores ecclēsiae a patre luminū cōsti
tuti noscuntur. qui etiā fuisse lu
minosi et scientifici cōprobantur.
Jacobi. i. defūctum est descendens
a patre luminū. Cedrus arbor al

tissima significat platus, qui dignitate et statu ceteris est altior, et in contemplationis celitudo debet alius esse maior, qui causa de libato que interpretatur candor esse dicitur. Pro eo quod prelatus candidatus per castitatem esse tenetur. **Cant.**
v. Dilectus meus candidus et rubicundus. **I**sta ergo malus in nauis ecclesie erecta dicitur, quando ad plationis dignitatem assumitur. Qui a pro certo de cedris, id est de altis contemplatiuis et perfectis somnis dicitur malus nauis, id est platus ecclesie fieri, id est ad plature officium eleuari.
p5. **J**ustus ut palma floebit querens arbor durissima et fortissima martices significat quod fortes et solidi extiterint, quod scilicet de basan quod interpretatur siccitas fuerunt dicti, pro eo quod fuerunt penitus et abstinentes desiccati. **Zach. xi.** Vlulate querebas sancti. **I**sti ergo rem ecclesie facti sunt in portu ipsorum ad portas padysi deducuntur. **V**eruptam est isti per martirium fuerunt dolati, et auctis superfluitate gladiis detracuti. **T**raustra istius nauis significat confessores qui de electio misericordia dicuntur esse, pro eo quod isti castitatis amore percutitis visi sunt floreuisse, pectoriola vero, id est doctores signantur quod aromata scientiam in se reponunt, et de insulis ytalie, que interpretantur mens excedens dicuntur esse, pro eo quod per profunditatem scientie humanae ymaginem excedunt. **B**issus et ergo qui est linum candidissimum puritatem conscientie signat. **Iacob.** cuius color est celestis sicut conuersationem celestis et spiritualis appetitum. **P**ura vero signat ruborem, et ardorem

caritatis et amicac. quia sc̄z s̄bū
conscientie secretum de bisso. i.
mundissimum et purissimum esse
detet. Experimentum vero exteri
oris conuersationis debet esse per
caritatem purpureum. et per ce
lestes vitas et appetitias iacinti
nuz. Jeremie. x. Jacint⁹ et puc
pura m̄dumentum eorum. Dico
ergo q̄ nauis vel ciuitas ecclesie
facta est de abietibus de saur. i.
de pauperibus luminosis et a pa
tre lumen per gratiam illumina
tis. Mal 1. 10. Hali etiam id est prelati ipsi⁹
facti sunt de cedris libani. i. de p
somis i deū eleuatis et vlo bissimo
i. puritate conscientie de coatis. Quer
cus etiā de basan. i. p̄sone fortes. a
constantes siccet et abstinentes sc̄z
marties q̄ primi ecclie fuit. Tra
tra eburnea. i. casti confessores me
te alios excedentes de corē ipi⁹ aplo
ueunt. Jacint⁹ q̄ ē conuersatio cele
stis appetitie. et purpura patiē
tie sibi opimentum caritatis de
runt. Sic ergo poterit dicere anti
quitus nauis ista. Perfecti deco
ris ego sum et in corde manus sita
i. in plenitudine omnium bonorum
spiritualium collata. Iste ergo
tunc temporis poterit dicere illud
sup. xvi. Similā melet oleum coe
disti et de tota facta es. //

Dicitur ezechiel descriptus ciui
tatem tiri in similitudinem
nauis. dicere incipit de diuinitate
et gloria istius ciuitatis. Et ponit
quomodo ad nundinas eius di
uersae gentes de diversis mundi
partibus ducunt diuersa et mul
ta mercamonia. que repleta est a
glorificata nimis in corde maris

Sed istius finis fuit iteratus. vñ
sibi dicitur. In aquis multis ad
duxerunt te comites tui. vetus
austri contraruit te i corde manus
diuitie tue thesauri tui et multi
plex instrumentum tuum. naute
tui et gubernatores qui tenebat
superilem tuam et i populo tu
o preerant. via bellatrices tui cu
m uersa multitudo tua cadet i
corde maris. i medio manus opes
tue. Sibila uerunt super te negoti
atores populorum. ad nichiluz da
ducta es et non eris impetratum
Illi⁹ potest applicari contra mun
danam religionem vel ecclesiam
que scilicet i principio fuit nauis
salutifera. modo quo supra dictum
est fabricata. Ista enim antiqui
tus habebat nundinas spūales in
quibz spiritualia pro terrenis da
bat. et sic sanctos negotiatores
bonis celestibus ditabat. Et ideo
antiquus populi seculares ad istā
per devotionē cōfluxerunt. merca
monia sua scilicet redditus et pos
sessiones attulerunt. et ea suis o
peribus ditauerunt. Nunc etiam
ad alias nouas nundinas sc̄z vbi
dantur spūalia pro terrenis. bene
ficia pro pecunias. alta officia p
carnalibus amiciens. iam quasi to
tus mundus icepit cōfluerere. mea
timonia munera p̄cum adulato
nū offere. ita q̄ iaz constat eccles
iam diuinitatis opulentias plenam
esse. p̄ opis et superbis lascivite
Sed p̄ certo timendum est ne vēt⁹
austri. i. prosperitas sua ipam cō
tritat et in mare tribulatum et
amaricationum subuertat. iam
enī videmus q̄ diuitie thesauri et

multplex instrumentum iacuit
ab ecclesia deficere. nautae et gubernatores qui presunt suo populo
. i. prelati. bellatores etiam. i. predicatores et viri iusti. iam incipiuit
cadere et in potentia deficere. Et si
cūt cederunt a virtute moralis
ita etiam videmus eos a prosperitate temporali cotidie declinare.
Quia iusto dei iudicio fit q̄ q̄pt
et palia spūalia voluerūt deserere
etiam ipsam gloriā t̄pale opellat
mittere. Quapropter iā cērīmō
q̄ op̄es t̄pales cessant. q̄q̄ ista
nauis eccl̄sie ad nichilū deducit.
negociatores q̄. seculares iā eaz
contempnendo sup ipsam sibilant
et insultant. Vnde Psalme. n. dicitur.
Repleta est terra eius argeto et auro et non est finis thezaurorum eius. Et repleta est terra eius
equis. et innumetabiles quadrigae eius. et repleta est terra eius
ydolis. et sequitur. dies dñi exer-
ciū sup oēz supbū et excelsū et
sup arrogātē et humiliabit̄ z̄. Qui
a breuit̄ postq̄ terra. i. eccl̄sia īce-
pit repleti auro argento et dñis
statu. repleta est equis. i. viris lux-
uriosis et superbis. ydolis id ē. vi-
ris ignorantibus et pigris. Quapropter
iā incipit dominus sup
supbos et arrogantēs clericos vi-
sitare. et ipsorum supbiam humiliare. Vnde est illud Psalme. xxxv.
Humilitate humiliabit̄ cūtas.

C **F** Vel
si vis dic cōtra mūdi magnos sta-
tus et contra magna mundi impe-
ria. quale fuit imperiū grecorum
psarum. chaldeorū. penorū romano-
rum. Et contra superbas seculi-

cūtates. qualis. babilo. nimue
cartago. et troya. et similes. Vnde
contra ipsos mundi superbos doi-
nos et tyramos. qualis fuit na-
buelodotis. tirus. alexander.
iulius cesar. et alij qui mundum
per violentiam oppresserunt. et q̄
fūma p̄spērata flōuerunt. nau-
tas naues et bellatores ad sibiugā
dos populos habuerunt. ita q̄ a
cūtis mundi p̄tibus populi eis
mercimonī. i. tributa et mutera
detulerunt. Quds tamen cui reg-
nis et imp̄ns suis p̄ violentiaz ac
quisitis. ventus austri. i. statū for-
tunis subvertit. i. mare. i. in amar-
itudine met paupertatem subiner-
fit. a ad nichiluz cōpulit et r̄degit
p̄s. Vidi impiū supexaltatum
sicut cedros libani ac.

Capitulū decimū tercū. // 2

L N persona et figura pri-
mi ageli propheta pul-
chre cōp̄hēdit p̄inci-
pem tyri. qui de sua sa-
pientia superbiebat dicens sic. E-
leuatum est cor tuum et dixisti.
deus sum ego et non homo. et in
cathedra dei sedi. i. corde matris.
cum sis h̄ino et non deus. a posui
isti cor tuū q̄i cor dei. Ecce sapientia
tu es dāmiele. a oē secretū n̄ eab
scōdītū a te. In sapientia tua et per
dētia fecisti fortitudinem. et acquisi-
ti aurum et argētū i. t̄hesauris tuis.
i. negotiatiōne tua m̄l̄plicasti tibi
fortitudēz. p̄pterea eleuatū ē cor
tuū i. roboz tuo. Ecce ego adduco

super se alienos robustissimos gen
tium et nudabunt gladios suos
super pulchritudinem sapientie
tue. et polluent decorum tuum et
interficiant te et morieris in in
tuitu occasionum in corde matris.
Ezechielis vicesimo octauo.

Moraliter ¶ Ista possunt applicari contra mundi sa
pientes et aduocatos qui prece
tus habent cor altum et eleuatuz
Videntur enim se dictere deos et
non homines. inceptum sciz aliqui
ultra alios homines sapient. et i
gitum omne secretum diversarum
questionum dissoluere se preten
dunt. ita qd danieli id est cuiusqz
viro sancto vñ theologo in sapien
tia se preponunt. et i cathedra dei
sedisse. i. in studijs docuisse vñ i iu
dicis vel officijs ptribunali iura
reddidisse se dicunt. Isti ergo cor
suum quasi cor dei videntur pone
re. inceptum se alios noscuntur p
ferre et de scientia superbicie. pma
Corinth. octauo. Scientia inflat.
caritas vero edificat. Quid ergo?
pro certo isti in sapientia sua id est
in consilis iudicis: aduocatibz
et lectomibus acquirunt fortitudi
nem temporalem. multiplicant the
sauros et diuicias infinitas et in
negotiatione vñficarum et mercio
matu quas alii exercent dilatat
et multiplicat bona sua. et acqui
runt fortitudinem potentie secula
ris. ita qd sicut videmus pauci sunt
qui resistant hodie talibus potesta
ti. Sapientes enim sunt ut faciant
malar bene autem facere nesciunt
Teremie quarto. Sed deus tradit
tales finaliter in manu robustissi

marum gentium scilicet demonum
q gladios infirmitatum et tribu
lationum contra ipsos acuunt.
pulchritudinem sue sapientie pol
luunt. decorumqz sue glorie tem
poralis destruunt. et per mortem
temporalem eos quandoqz subito
interficiunt. et in corde matris. i.
in inferno per eternam dampna
tionem occidunt. Istis ergo dici
tur illud Psaie. xlviij. Sapientia
tua et scientia tua hec decipit te.
et dixisti i corde tuo ego sum et pre
ter me non est altera. Veniet su
per te malum et non scies ortum
eius. et iruet super te calamitas
quam non poteris expiacere. ¶ **B**

Domo angelo dicens. Tu sig
naculū similitudinis plenus sapientia
et perfectus decorum in delitibus para
boli dei fuisti. Omnis lapis preci
osus opimetiū tuū: sardiū: topaz
sius. et iaspis. eusolitus: onix. et
berillus. saphirus. carbunculus.
smaragdus. Tunc opus decoris
tui. Tu ihesu extensus et prote
gens. posui te in monte sancto de
i. in medio lapidum ignitorum ab
bulasti. perfectus in vns tuis a
die aditomis tue. ¶ **Ora** ¶ Ista possunt expo*i* de quolibet viro iu
sto et maxie ecclesiastico vñ plato.
Quia talis dicitur eē signaculū simi
litudinis. per dei et sanctorū ini
tationem: plenus sapientia per
decorum. per honestatem ouersatio
nem. in delitibus paradysi eē p affe
ctione et contemplationem. omni
um lapiduz preciosorum operum
tum habere. p omnem virtutum

adoptionem. Quia in opimento perfectōnis sic debet élucere sa-
dius qui timore pellit et facit au-
dacez. i. spei virtus et soliditas.
Topasius qui lunā sequitur id ē
obedientia et imitationis honorū
conformitas. **J**aspis qui oculos
clarificat. id est fidei splendor et
luciditas. **C**risolitus qui demones
terret id est humilitas. **O**mīx qui
oculos facit tremulos id est dei ti-
mor et sua considerata seueritas.
Herillus qui lītibus obuiat. i. pa-
tientia et benignitas. **S**aphirus q̄
discordes reconciliat. i. perfectus
amor et caritas. **C**arbūculus qui
sumē emicat id est discretio sapiē-
tia et sagacitas. **S**maragdus qui
vīsum recreat. i. bona conuersatio
et honestas. **A**urum etiāz qđ sum
me ponderat debet esse opus deco-
ris sui. i. morū grauitas et mātu-
ritas. **I**sta enim omnia debent eē
opimenta locū prelati: vestis et
tegumentū cuiuslibet ecclesiasti-
ci vel etiā viri iusti ut sic dicat.
Quasi vas aurū solidū ornatū oī
la pide precioso. **Ecc. I.** **I**ste ifup
debet esse cherub. i. vir angelicus q̄
interpretatur plenus scientia per
scripture fidei et scientie eruditio-
nem. debet esse extensus ad alios
per liberalitatē et cōpassionē. debz
esse protegens per pauperum ad
iūtorū et refensionem. in mōte
etiā sancto de i ent positus. i. in
alto officio dignitate et bñficio.
et ambulabit in medio lapidum
ignitorum. i. in medio honorū cōsi-
liatorū caritate ardētum p bone
societatis frequentationem. et sic
a die conditiois. i. a dei iuuētutis

vel promotiois debet esse perfec-
tus in vīs suis per sanctitatis
professionem. Quia pro certo q̄
premissa omnia habuerit pfect⁹
non immerito dici poterit ita q̄
de ipso potest dici illud. **Ecclesia**
s̄tici tricēsimo primo. Probatus
est in illo et perfectus inuentus ē
et erit illi in gloia eterna. **¶ C**

Qonsequēter loquitur ibidē
propheta q̄ cherub qui fue-
rat i monte sancto dei et delit⁹
paradyſi: perfectus scientia et de-
corē. propter negoti atiōes quibz
se immiscuerat perdidit omnia sua
dicat ergo sibi sic. **I**n multitudi-
ne negotiationis tue repleta fūt
intēriora tua iniquitate. et peccā-
sti. eiēci te de mente sancto meo
et perdidī te o cherub ptegēs de
medio lapidum ignitorum: relē-
uatum est enim cor tuu⁹ in decorē
tuo perdisti sapientiam tuam.
et in multitu dīne iniquitatum tu-
arum perdisti sanctificationem
tuam. **P**roducam ergo ignem de
medio tui. et dabo te in cinerem
super terram in conspectu omnī
videntium ter nichili factus es et
non eris īperpetuum. **¶ Q**uāliter **¶** **I**sta

possunt optime applicari contra r̄
ligiosos et ecclesiasticos negotia-
tores vel negociorum seculi tracta-
tores vel curiarum principum se-
catores. quia proculdubio mul-
ti sunt hodie in monte sancto dei
id est in ecclesia. et in delit⁹ pa-
dyſi. i. in religione. qui licet sint
